



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

9. Diuinitus accepta notitia terræ motuum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

Psal. 147. 3. roris diuini arcana reuelat. *Non fecit taliter omni nationis; & scientia sua non manifestauit eis.*

VIII. Pherecydem narrant, in Scyro insula, sitientem aliquando, aquam à discipulorum quopiam petijisse: quam cum bibisset, pronunciaſſe, terramotum, post triduum ea in insula futurum.

Quod dictum, ut exitus probauit, magnam ille gloriam reportauit. Item, praecleara quadam esse & immortalis in eo (si credimus) diuinitas perhibetur Anaximandro Milesio Physico: quem ferunt Lacedaemonijs praedixisse, ut urbem ac tecta custodirent: insolare eum motum terra: cum & urbs tota, eorum corruit, & Taygeti montis magna pars, ad formam puppis eminent, abrupta cladem insuper eorum ruina presit. *Quae si vera sunt, ait Plinius: quantum à Deo tamen videri possunt tales distare, dum viuant?* Qui tamen, paulò infra ipse docet, & quò modo è puteis, & quaratione, ex alijs signis venturi terrae motus cognosci possint. Ait enim: *Nauigant eo quò sentiant, non dubia coniectura, sine flatu, intumescente fluctu subit, aut quatiente ictu. Intremunt verò & in nauibus posita, aequè quàm in aedificijs, crepituq; praenunciant. Quin & volucres non impauide sedent. Est & in caelo signum, praeceditq; motu futuro, aut interdum, aut post occasum sereno, ceu tenuis linea nubis in longum porrecta, spatium. Est & in puteis turbidior aqua, nec sine odore radio.* Talis ergo & Pherecydis Pythagorae doctoris coniectatio fuit, aut esse potuit.

IX. Alià vià, Sancti vel praesentem alijs, ipsi absentes, vel futurum terrae motum cognouere. Nam, ut tres Angeli Sodomitarum excidium Abrahæ detexerunt; ita supra memorati tres viri cum Antiocheno & sudario, tanquam missione mappa, se signum e ruptura labi dare, & precibus diuinæ vindictæ manum injici posse ostenderunt. Zosimas quoque Sindenus, Phoeniciæ monachus, miraculis clarus, quamuis procul abesset Antiochia, tamè terrae motum Antiochiæ, qui septimo anno Iustini senioris accidit, sciuit, ac in ipso momento, non per turbidam putei aquam, sed Deo reuelante sensit, subito enim consternatus, gembundus, tantumque lachrymarum fundens, ut ipsam terram rigaret, totoque illo tempore, quo Antiochia terrae motibus concutiebatur, in terram prostratus Deum placauit. Arcesilao autem gna-

rentia

reuerentia

reuerentia

reuerentia

reuerentia

reuerentia

reuerentia

reuerentia

reuerentia

reuerentia

reuerentia

reuerentia

reuerentia

reuerentia

reuerentia

reuerentia

reuerentia

reuerentia

reuerentia

reuerentia

renti: *Qua huius subitaneae tristitia esset causa?* respondit: *Ruentis Antiochia fragorem aures suas repleuisse.* Arcefilaus, & qui simul aderant, haec audientes obstupefacti, horam annotarunt: ac postea diligenti inquisitione, rem sic se habere deprehenderunt. Amor animato etiam secretissima pandit. Quare vel ipse Deus ait: *Num celare poterō Abraham, qua gesturus sum?* Hac de causa etiam compluribus alijs eiusdemmodi atroces clades terris instantes, non per cometem tantum, sed alijs quoque portentis ostendit. Narra- rat Paulus Diaconus, sub Anastasio Imp. quendam militem, non procul ab vrbe Neocæsarea, iter facientem, paulo antè, quam ea terra motu concuteretur, in aère supra eam duos conspexisse milites, & alterum à tergo clamantem: *Conseruate ades, in quibus, sepulchrum exrat Gregorij* (Thaumaturgi) facto autem terræ motu, maximam partem ciuitatis collapsam, & euersam fuisse, illæsa manente Gregorij domo. Et Sigonius quoque refert, Neocæsarea An. 343. vi terræ motus mari absumpta, Ecclesiam & Episcopum tantum incolumes extitisse. Nimirum nouit Dominus, qui sint eius; & potest à tritico zizania separare. Quod quia nec peccatores ignorant, semper metuunt, ne terra sub pedibus eorum discedat, & ad omne passus trepidant, cum interea sanæ conscientia homo semper animo sit constanti & erecto, nec se deijci sinit, etiam si fractus illabatur orbis.

Gen. 18. 17.

Paul. Diacō.
lib. 15.

Car. Sigon:
lib. 5. Imp.
occid.

X.

Quoniam autem vehementer animat, mortalesque inflam- mat ad Deum colendum diuinæ profectionis experientia, non omittam apponere, quod de alio terræ motu recensetur, qui An. 1509. die 14. Septemb. incipiens, decem & octo continuis die- bus, murum Constantinopolitanæ vrbs, qua parte mare spectat, cum omnibus adjacentibus domibus disiecit, & fossas rudibus impleuit, ac terræ æquauit. Arcem, in qua gazophylacium Imperatoris quinque turribus munitissimis custoditur, & insignis domus, in qua leones, tanquam in viuariō nutriuntur, destruxit. Cuniculos, qui per montes, ac longa itinera è Danubio aquas in vrbem inuehunt, maximis & laboribus, & impensis fabricatos, concussit. Sinus autem maris inter Constantinopolim & Peram violentia terræ motus adeo infremuit, vt in vtramque ciuitatem mare vltra muros aquam inijceret. Domus tributaria, iuxta mu-

